Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



52

corum. Ego autem ad deum clamaui: et
dominus saluabit me. Vespere et mane
et meridie narrabo et annunciabo: et ex
audiet uocem meam. Redimet in pace
animam meam ab his qui appropinquant
mihi: quoniam inter multos erat mecum.
Exaudiet deus et humiliabit illos: qui
est ante secula. Non enim est illis commu
tatio: et non timuerunt deum: extendit
manum suam in retribuendo. Con ta
minauerunt testamentum eius. Diuisi sunt
ab ira uultus eius: et appropinquabit cor
illius. Mollierunt sermones eius super ole
um: et ipsi sunt iacula. Iacta super do
minum curam tuam: et ipse te enutriet: et
non dabit in eternum fluctuationem iusto.
Tu uero deus: deduces eos in puteum in
teritus. Viri sanguinum et dolosi non di
midiabunt dies suos: ego autem speraba
in te domine.